

Cambridge University Press

978-1-108-04899-6 - Chronica Majora: Volume 1: The Creation to A.D. 1066

Matthew Paris Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

# MATTHÆI PARISIENSIS CHRONICA MAJORA.

---

Adonis

Viennensis *Incipit prologus in librum qui Flores Historiarum intitulatur.*  
Chronicon

(Migne's Temporum summam, lineamque descendantem ab exordio Prologue.  
Patrologia, mundi, cum<sup>1</sup> successionibus quorundam regnorum et regum,  
cxxxiii.  
col. 23.) ad eruditionem futurorum duximus annotare, ut ex brevibus  
Robert de lector devotus plura colligere possit. Sed quid contra quos-  
Monte dam auditores pigros dicemus, qui obtrectando dicunt, quid  
Prolog. necesse est vitas vel mortes seu diversos hominum casus literis  
(Migne's mandare? Prodigia cæli et terræ, vel aliorum elementorum  
Patrol. clx. scriptis impressa perpetuare? Noverint isti, bonam vitam et  
col. 421.) mores præcedentium ad invitationem<sup>2</sup> subsequentium proponi,  
malorum vero exempla ut non imitentur, sed ut potius viten-  
tut, describi. Prodigia autem vel portenta præterita quæ  
famem, vel mortalitatem, vel alia supernæ vindictæ flagella  
fidelibus innuunt, ideo memoriæ per literas commendantur,  
ut si quando similia evenerint, peccatores qui se iram Dei  
in aliquo incurrisse meminerint, mox ad remedium pœnitentiaæ,  
per hæc Deum placaturi, festinent. Ob hanc itaque causam  
(licet alia non desint) Moyses legislator in historia divina,  
innocentiam<sup>3</sup> Abel, Caym invidiam, simplicitatem Job,<sup>4</sup> dolos-  
itatem Esau, malitiam undecim filiorum Israel, bonitatem  
duodecimi, scilicet Joseph, pœnam quinque civitatum per con-  
sumptionem ignis et sulphuris manifestat; quatinus bonos  
imitemur, malorum esse sequaces abhorreamus, ut peccati fomi-  
tem fugiendo radicem enervemus,<sup>5</sup> et hæc non solum Moyses,  
sed et omnes divinæ paginæ tractatores et in historicis et in  
moralibus<sup>6</sup> libris faciunt, virtutes commendando, vitia detes-

<sup>1</sup> *cum . . . regum*] Introduced by the compiler.

<sup>2</sup> *invitationem*] imitationem, W., and all the MSS. of Westminster, as R. de Monte.

<sup>3</sup> *innocentiam*] innoticiam, A. Paris has expuncted *ti*, and placed *cen* above the line.

<sup>4</sup> *Job*] Jacob, R. de Monte.

<sup>5</sup> *enervemus*] exstirpemus, Par. margin. C. inserts it in the text. evitemus, W. devitemus, R. de Monte.

<sup>6</sup> *moralibus*] mortalibus, A.

Cambridge University Press

978-1-108-04899-6 - Chronica Majora: Volume 1: The Creation to A.D. 1066

Matthew Paris Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

**Prologue.** tando, Deum timere simul et amare nos ammonent. Non sunt R. de igitur audiendi, qui Chronicorum libros et maxime a catholicis Monte, editos dicunt esse negligendos, per<sup>1</sup> quos quicquid humanæ sapientiæ et saluti necessarium est, per memoriam invenire, per intelligentiam cognoscere, et per facundiam proferre studiosus valeat indagator. col. 421.

*De opere primordiali sex dierum.*

The creation. Sex diebus Deus rerum creaturam formavit. Primo condidit Ado, col. lucem. Secundo firmamentum cœli in medio libravit aquarum,<sup>23</sup> ipsis aquis ac terra cum cœlo superiore<sup>2</sup> ac virtutibus, quæ in ea conditorem laudarent, ante horum sex dierum exordium creatis. Tertio, congregatis in suum locum aquis, quæ cuncta contexerant, aridam jussit apparere.<sup>3</sup> Quarto, sidera in firmamento cœli posuit, qui nunc quantum per conjecturam æquinoctii colligitur, duodecimus kalendarum Aprilium dies vocatur. Quinto, natatilia et volatilia<sup>4</sup> animantia creavit. Sexto, animalia terrestria et ipsum hominem Adam in agro Damasco<sup>5</sup> formavit, de cuius latere dormientis, matrem omnium viventium Evam produxit, qui nunc (quantum credibile videtur) decimus kalendarum Aprilium dies appellatur. Unde merito creditur, si non verior sententia vicerit, eodem decimo kalendarum Aprilium die Dominum fuisse crucifixum. Decebat<sup>6</sup> enim, ut una eademque non solum hebdomadis, sed et mensis die, secundus Adam, pro generis humani salute, vivifica morte sopitus, productis e latere suo cœlestibus sacramentis, sponsam sibi sanctificaret Ecclesiam, quo videlicet die primum Adam ipse creaverat, ejusque de latere costam tollens, mulierem formaverat, cuius adjutorio genus propagaretur humnanum.

*De peccato Adæ.*

Adam in Paradisum, unde quatuor flumina oriuntur, trans- Petrus latus, cum uxori cæterisque animantibus ac rebus nomina in- Comestor, Histor. posuisset, de pomo comedendo uxori suæ adquievit. Unde, Scholast. Genesis,

<sup>1</sup> *per . . . . . indagator*] Introduced by the compiler. See the additional paragraph to this prologue from W. in Coxe's Wenvover, i. 2. There are considerable variations in the first part in W. from the above.

<sup>2</sup> Par. places over the *e*, *vel i.* C.D. read *superiori*.

<sup>3</sup> *apparere*] appare, A. Par. adds *re* above the line. capp. 14, 16, 18, 22.

<sup>4</sup> *et volatilia*] volatilia et, A.

<sup>5</sup> *in agro Damasco*] These words are introduced from Petrus Comestor, Historia Scholastica, Genesis, cap. 13.

<sup>6</sup> *Decebat*] dicebat, A.D. The printed Ado has dicebat; Bede, from whom it is taken, decebat.

Cambridge University Press

978-1-108-04899-6 - Chronica Majora: Volume 1: The Creation to A.D. 1066  
Matthew Paris Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

## CHRONICA MAJORA.

3

pro verecundia nuditatis factis perizomatibus, et a Domino de Paradiso ejecti, de terra maledicta in sudore vultus sui panem adquirunt. Deinde collocatis a Domino ante ostium Paradisi Cherubin cum gladio flammeo, non solum primi parentes, sed et tota ipsorum progenies, a Paradisi deliciis sunt ejecti.

*De generatione Adæ.*

Petrus Comestor,<sup>25</sup> Historia Scholastica, Genesis, cap. Adam cognovit uxorem suam, scilicet non in Paradiso, sed jam reus et ejectus. Et licet lator legis Moyses generationes Adæ, festinans ad tempora Abrahæ patris Hebreorum, prætermiserit, plures tamen Adæ subticet filios et filias. Sed Methodorus<sup>1</sup> martyr oravit, dum esset in carcere, et revealatum est ei a Spiritu Sancto,<sup>2</sup> de principio et fine mundi, quod et oravit. Et scriptum, licet simpliciter, reliquit, dicens, quod virgines egressi sunt de Paradiso, et anno vite Adam quinto decimo natus est ei Cayn,<sup>3</sup> et soror ejus Calmana. Post alios xv. annos natus est ei Abel, et soror ejus Delphina. Deinde vita sua, id est, Adæ cxxx., Cayn occidit Abel, et luxerunt eum Adam et Eva c. annis, et tunc natus est ei Seth tricesimo anno primæ chiliadis, id est, primæ ætatis.

*De morte Abel.*

*Id. 26, 27.* Caym agricola dolens sua munera et non fratriis fuisse reprobata, licet a Domino increpatus, fratrem septiformi peccato interfecit.<sup>4</sup> Postea vagus et instabilis super terram factus est, postquam a Domino est maledictus.

*Generatio Caym.*

*Id. 28.* Cognovit Caym uxorem suam Calmanam,<sup>5</sup> quæ peperit ei Enoch. Enoch genuit Irad. Irad genuit Maniael. Maniael genuit Matusael. Matusael genuit Lamech. Hic duas habuit uxores, Ada scilicet et Sella. De Ada genuit Jabaal. Sella vero Tubalcain et Noema. Iste Lamech primus hominum bigamiam introducens, cum virum in vulnus et adolescentem in livore occidisset, uxoribus ob hoc sibi pœnam in septuplum deberi prædixit. Jabaal adinventis portatilibus pastorum tentoriis, primus greges secundum qualitatem, genus, et æstatem distinxit. Jubal pater canentium in cithara et organo, id

<sup>1</sup> *Methodorus*] Methodius, W. West., as Pet. Comest.

<sup>4</sup> *Centenarius erat Abel quando fuit interfectus.* Margin (later).

<sup>2</sup> *Sancto*] om. West., ins. W., not in Pet. Com.; inserted by Par.

<sup>5</sup> Over *Calmana* Par. has *vel am.*; *Calmana*, W. West.

<sup>3</sup> *Cayn*] Caym, West., Chaym, W.

A 2

Cambridge University Press

978-1-108-04899-6 - Chronica Majora: Volume 1: The Creation to A.D. 1066

Matthew Paris Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

est, musicæ artis inventor, in columna lateritia et altera marmorea contra incendium et diluvium ipsam artem sculpsit. Tubalchaym, ferrariæ artis inyentor, sculpturæ operum in metallis fabricator fuit, cuius malleorum sonitu Jubal delectatus proportiones vocum primus ex eis perpendit.

*De numero annorum prime ætatis.*

p. 2.

Adam, ut superius dictum est, genuit Seth. Seth genuit Pet. Co-  
Enos. Enos genuit Caynan. Caynan genuit Malaleel. Ma-  
laleel genuit Jareth. Jareth genuit Enoch. Iste Enoch <sup>cap. 30.</sup>  
placens Deo, translatus in Paradisum, vivit cum Helya, qui  
quibusdam literis inventis, librum, ut in epistola Judeæ con-  
tinetur, scripsit; sub quo etiam Adam creditur mortuus.  
Enoch genuit Matusale. Matusale genuit Lamech. Lamech  
genuit Noe. Vixit autem Adam ~~ccccxxx.~~ annis. Seth,  
~~ccccxii.~~ Enos, ~~ccccv.~~ Caynan, ~~ccccx.~~ Malaleel, ~~ccccxcv.~~  
Jaretdh, ~~cccclxii.~~ Enoch, ~~ccclxv.~~ Matusale, ~~ccccclxix.~~  
Lamech, ~~ccclxxvii.~~ Noe vero cum quingentorum esset anno-  
rum, genuit Sem, Cham, et Japhet.

*Hic terminatur prima Ætas, habens secundum Hebreos annos  
MDCLVI. ; secundum septuaginta interpretes, MMCCXLII.<sup>1</sup>*

*De archa Noe et diluvio.*

Anno vitæ Noe c.<sup>2</sup>, inundante diluvio, cum septem anima-  
bus archam intravit, quam spatio centum annorum loquente  
sibi Domino xx. annis prius fecerat. Et excrescentibus aquis  
super terram centum quinquaginta diebus, Domino pluente  
quadraginta diebus et noctibus, vicesima septima die mensis  
septimi cum stetisset archa super montes Armeniæ, et post  
quadraginta dies corvum emisisset, et postea columbam fe-  
rentem ramum olivæ, vicesima septima die secundi mensis  
egressus est de archa, eadem scilicet die qua intraverat anno  
revoluto, cum septima decima luna secundi mensis intrasset.  
Et accepto sacrificio, cum concessionem carnis comedendæ sine  
sanguine suscepisset, et in signum diluvii præteriti, non futuri,  
et incendi venturi iris posita fuisset; vino quod primus ex-  
coluerat, inebriatus, et a Cham irrisus, huic maledicens, et  
reliquis filiis benedicens, obiit.

<sup>1</sup> MMCCXLII.] MMCCXLIV., W., and all the MSS. of Westminster. | <sup>2</sup> c.] So West., dc. W.

Cambridge University Press

978-1-108-04899-6 - Chronica Majora: Volume 1: The Creation to A.D. 1066  
Matthew Paris Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

## CHRONICA MAJORA.

5

*De tribus filiis Noe.<sup>1</sup>*

Pet. Co- Tribus filiis Noe texuntur generationes septuaginta due, quindecim scilicet de Japhet, triginta de Cham, viginti<sup>2</sup> et mest. Gen. septem de Sem, qui disseminati sunt per orbem. Sem obtinuit Asiam, Cham Africam, Japhet Europam; quorum genealogias veteres ita distinguunt. Primus de genere Sem in cap. 37. Asiam veniens, provincias in hunc modum disposuit.

*De primis gentilium regnis.*

Eusebii Crescente post diluvium populo, exorta sunt quatuor principalia regna, Assyriorum ab oriente, ubi primus<sup>3</sup> regnavit Hieron. Belus, Sicieniorum ab occidente, ubi Ægialeus, Scitarum ab aquilone, ubi Tanus, Ægyptiorum a meridie, ubi Mineus. Belo successit Semiramis uxor sua, quæ Babilonium caput regni constituit. Cui Ninus qui inventor idolorum fuit, in Osee ii. faciens imaginem Belo patri. Tandem Sardanapallus, a quo 16. Arbaces regnum ad Medos transtulit. Super quos tandem Astyages regnans, data filia sua principi Persarum, de quo Cyrus ortus est, ab eo est superatus. Quo mortuo, regno ad Persas translato, Darius filius Astyagis cum eodem Cyro conregnavit.<sup>4</sup>

*De generatione Sem.*

Pet. Co- Sem centum erat annorum quando genuit Arfaxat, biennio mest. Gen. scilicet post diluvium. Arfaxath genuit Sale vel Caynan, qui<sup>5</sup> cap. 41. genuit Heber, a quo dicti sunt Hebræi, vel ab Abraham, quasi Abrahæi. Heber genuit Phaleg, cuius tempore filii filiorum Noe increduli pacti Dei, quod pepigerat cum Noe de diluvio non futuro, composuerunt lateres pro saxis, et bitumen pro cæmento, ut ædificarent turrim cuius altitudo tangeret cælum; quod si iterum inundaret diluvium, in summitate ejus manerent securi. Et quoniam arte propria existimaverunt se evadere posse diluvii periculum et incendii, facta est ibidem in agro, scilicet Sennaar,<sup>6</sup> linguarum divisio seu confusio, ita quidem

<sup>1</sup> The chapters in W. corresponding to these are placed later.

<sup>2</sup> *viginti*] decem, A.C.D. West.

<sup>3</sup> *primus*] prius, West.

<sup>4</sup> Here the MSS. of Westminster insert a chapter, *Distinctio regionum*, &c. (cap. iv. p. 3, ed. 1701). A similar chapter (much fuller) is in W., but placed later.

<sup>5</sup> Here West. inserts, "Sale con-

dit civitatem quam de nomine suo Salem appellavit, qui etiam . . . "

<sup>6</sup> *in agro, scilicet Sennaar*] So A.C.D. The Chetham MS. of West. has *scilicet Sennaar in agro*, but has marks directing *in agro* to be placed before *Sennaar*. The Arundel MS. reads, *scilicet in agro Sennaar*; the Royal and Cotton, *scilicet Sennaar in agro*.

Cambridge University Press

978-1-108-04899-6 - Chronica Majora: Volume 1: The Creation to A.D. 1066

Matthew Paris Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

ut nec unus eorum intelligeret vocem proximi sui. Ideoque divisit eos Deus in diversas regiones, et cessaverunt ædificare turrim. Vocatumque est nomen loci illius Babel, id est, confusio, quia ibi confusum est labium universæ terræ. Phaleg vero, in cuius familia remansit Hebræa lingua, omnium antiquissima, idcirco dictus est Phaleg, id est ab aliis divisus. Phaleg genuit Ragau,<sup>1</sup> Ragau genuit Saruch, qui genuit Nachor. Iste Nachor, cum exisset de Chaldaea, ducta in uxorem Melcha, filia fratris sui extincti, moratus in Carram Mesopotamiæ, mortuo ibi patre suo et Abraham in terra Chanaan peregrinante, hos tres fratres, Hus, Buz, et Bathuel, cum aliis quinque genuit. De quorum uno, scilicet Buz, descendit Balaam, qui secundum Hebræos dicitur in Job, Eliud Buzites.<sup>2</sup> Iste Nachor genuit Thare, qui non valens ferre injurias sibi illatas de adorando igne in Chaldaea, ubi et filium suum primogenitum Aram extinxerunt, peregrinatus est cum Abraham, et Nachor, et familia Aram in Carram Mesopotamiæ, ubi completis ducentis quinque annis,<sup>3</sup> mortuus est.

*De Nino rege magno Assyriorum, et Semiramide matre ejus.*

Temporibus Thare regnavit Ninus, rex Assyriorum potenter et tissimus, reginæ Semiramis filius. Hæc virum mentita, Pompeius (Justin. i. 2). gubernavit. Quæ ut callidius virum mentiretur, brachia et crura veste virili, caput vero tyara tegebat; et ne forte novo habitu aliquid occultare videtur, eodem ornatu et populum vestiri jubet, quem morem vestis exinde gens illa universa tenet. Magnas denique res gessit. Quæ nec contenta, mulier virilis animi, terminis quos adquisitos suscepérat, Æthiopiam bello pressit, Indis bellum intulit, quos præter illam nullus ante subegerat. Hæc Babiloniam civitatem ædificavit, eamque muro circumdedit, et ut esset caput regni Assyriorum instituit; quæ tandem a filio suo imperfecta est. Qui dum matri successisset, contentus elaborato a parentibus regno, belli studia depositit, et, velut sexum cum matre mutasset, raro a viris visus, inter foeminarum turbas consenuit. Cujus exemplum ejus posteri prosecuti responsa gentibus per internuncios dabant. Post Ninum denique reges triginta sex regnum Assyriorum continua possessione tenuerunt, usque ad Sardanapallum per annos mille trecentos.

<sup>1</sup> The Chetham MS. has *vel Reu* over *Ragau*. W., who abridges this chapter, has *Reu sive Ragau*.

<sup>2</sup> *Buzites*] W. West. *Bizites*,

A. Par. puts *u* over the *i*.

<sup>3</sup> West. ins. *Thare*.

<sup>4</sup> W. West. insert *a viro*.

Cambridge University Press

978-1-108-04899-6 - Chronica Majora: Volume 1: The Creation to A.D. 1066

Matthew Paris Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

## CHRONICA MAJORA.

7

*De numero annorum secundæ ætatis.*Pet. Co-  
mest.  
41-58.

Vixit autem Noe post diluvium<sup>1</sup> CCCCL. annis; Sem, dc.; Araxat, CCCCXXXVIII.; Sale, CCCCXXXIII.; Heber, CCCCLXIV.; Phaleg, CXXXIX.; Reu sive Ragau, CXXXIX.; Sarug. CXXX.; Nachor, CXXXIX.; Thare vero vixit lxx. annis, et genuit Abram, anno videlicet XLIII. memorati Nini regis Assyriorum.

*In Thare terminatur secunda ætas, habens secundum Hebreos annos MCCXCII. secundum septuaginta MLXXXII.*

Thare, ut dictum est, genuit Abram, Aram, et Nachor. Aram genuit Melcha, Loth, et Saram. Iste Loth cum exisset de Sodomis, subversis quinque civitatibus, genuit hos duos Moab et Amon de filiabus suis ebrios factus. Nachor genuit Hus, Buz, et Batuel, ex Melcha filia Aran. Batuel genuit Laban et Rebeccham. Abram habuit uxorem Saram nomine, filiam scilicet Aram fratris sui. Habuit etiam duas ancillas, Agar Ægyptiam et Cethuram. Ex Sara genuit Isaac, ex Agar p. 3. Ismael, ex Cethura Madan et Madian. Ismael genuit Nabaioth et Cedar. Iste Abram, suffocato Aram fratre suo, adoptans filium ejus Loth, ducta in uxorem Sarai, cum patre peregrinatus est in Carram. Inde mortuo patre venit in Sichem, et inde Pentapolim.<sup>2</sup> Postea collocans tabernaculum inter Bethel et Hay, cum in Ægypto uxorem simulasset sororem, rediens in convallem Mambre, habitavit confederatus tribus fratribus. Qui cum de occisione quatuor regum veniens, a Melchisedech decimas accipiente honoratus fuisset, signum dandæ prolis in pecudibus et avibus suscepit. Deinde cum esset annorum septuaginta et quinque, et impugnaretur a Chaldæis et Mesopotamicis per invidiam, eo quod ipsi colerent ignem et effigies deorum, ipse autem coleret Deum unum creatorem cunctorum, et assereret illi solummodo honorem cultus et gratiarum debere retributionem, creaturam autem virtute et administratione Conditoris disponi, et non propria virtute subsistere: ad imperium Domini relicta gente et patria sua, venit in terram Chanaan, accipiens promissionem, quod in gentem magnam exresceret nimis, mutato nomine ab Abra in Abraham, quod interpretatur pater multarum gentium, et quod in semine ejus benedicerentur omnes gentes. Denique divinitus præceptum accepit, ut se cum sua sobole circumcidet, non ut

<sup>1</sup> The numbers are introduced from Genesis ix. xi.; *post diluvium* is an error.

“tiis arithmeticam et astrologiam tradidit, a quibus ad Graios postea devenerunt.”

<sup>2</sup> West. inserts, “Abraham Ægypt-

Cambridge University Press

978-1-108-04899-6 - Chronica Majora: Volume 1: The Creation to A.D. 1066

Matthew Paris Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

ipse Deus aliquid superfluum in homine creasset, quod postea juberet abscidi, sed ut inter alias gentes hoc corporis signo electi viri soboles nosceretur. Et cum esset jam senior, genuit Ysaac. Præcedenti tamen tempore, ut dictum est, genuerat Ismael, unde Arabes et aliæ gentes se esse ex genere Abrahæ gloriantur. Circumcisus est etiam Ysaac nativitatis suæ die octavo. Præterea cum jam esset grandævus Abraham, præcepit ei iterum Deus præfatum filium suum Ysaac sibi immolari in monte Morin. Quod quidem ille, Creatori amplius quam suo affectui cupiens deservire, voluit adimplere. Sed nunquam credentibus dura Divinitas, suspendit virum angelii voce a filii nece, ostendens ei, quem immolaret pro filio, arietem, ut absque pietatis dispendio tanti sacrificium consummaretur viri. Post hæc autem cum esset Ysaac jam sexagenarius, genuit Esau et Jacob, patriarchas Ydumeæ et Israhe-  
liticæ gentis.

*De regno Argivorum.*

Circa hos dies natum<sup>1</sup> est regnum Argivorum, ubi primus S. August. regnavit Inachus, cuius fuisse filia Io perhibetur, uxor Osiris,<sup>2</sup> De Civit. quæ ut magna dea est in Ægypto culta, eo quod ibi justæ <sup>Dei, xviii.</sup> regnaverit, et homines ibidem literis informaverit.

*De filiis Isaac, Esau et Jacob, et generatione eorum.*

Memoratus Ysaac, cum, laborante in partu Rebecca et ora- Pet. Co-  
colum audiente de Esau servituro Jacob, apud Abimalech in mest. Gen.  
Geraris peregrinatus,<sup>3</sup> uxorem dixisset<sup>4</sup> sororem suam, de semine  
centuplum colligens, tribus puteis eruderatis, et quarto facto  
in Bersabee, ibidem fœdere inito cum Abimelech et Phicol,  
Esau reprobato, ignarus benedixit Jacob, qui, fratre suo tum  
in primogenitura tum in benedictione supplantato, in Mesopo-  
tamiam proficisciens, cum provisione juxta Luzam titulum erex-  
isset, et pro Rachel et Lia servitium quatuordecim annorum  
apud Laban complessset, pacto de aliis septem annis pro gre-  
gibus, mutatione virgarum vix completo, cum uxoribus et filiis  
undecim, a Laban furto sublati idolis a Rachel, recedens in  
Galaad est comprehensus. Inde cum Laban fœdere inito, in  
lapidibus ad Manaum, ubi castra angelorum vidit, proficisciens  
ordinatis turmis, vadum Jaboch transiens, matutina lucta læso

<sup>1</sup> Par. puts over this word, *vel ortum*; W. has *exortum*.

<sup>2</sup> *uxor Osiris*] uxor Isidis, West. Om. W.

<sup>3</sup> *cum ins.* West.

<sup>4</sup> *dixisset*] duxisset, A.C.D.

West.

Cambridge University Press

978-1-108-04899-6 - Chronica Majora: Volume 1: The Creation to A.D. 1066  
Matthew Paris Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

## CHRONICA MAJORA.

9

nervo cum angelo completa, mutatione nominis facta, præmissis muneribus, fratri suo tremebundus occurrit. Cujus filia Dina a Sichem oppressa, et Sichimitis in dolo occisis, jussu Dei ipse in Bethel altare erexit, et domum purgavit.

Esau hispidus venator, venditis primogenitis pro<sup>1</sup> lenticula fulva dictus Edom, ductis uxoribus Chananæis, Judith et Basemath, supplantatus a fratre in benedictione, redeunti Jacob de Mesopotamia cum quadringentis viris pacifice occurrit. Matrem quoque Esau et Jacob, scilicet Rebeccam, adduxit Eliezer servus Abrahæ Ysaac, de Mesopotamia, sororem Laban, filiam Batuelis.

*De Job, et Balaam, et asina.*

S. Hieron. Tempore filiorum Ysaac, ut quidam tradunt, fuit secundus rex in Edom Job, de genere Hus filii Nachor, post Bale, qui et in Genesi dicitur Jobab pronepos Esau. Sed Hebræi dicunt eum, ut diximus, descendisse de Hus primogenito Nachor. Eodem tempore Balaam, qui in Job Eliud dicitur, descendit de Buz, qui a Balac rege conductus ut malediceret<sup>2</sup> Israel, ei benedixit, loquente sibi prius asina, et de ortu stellæ et Salvatoris prophetavit.

*De nativitate duodecim patriarcharum.*

Pet. Co- Memoratus autem Jacob genuit duodecim patriarchas, de mest. Gen. quorum stirpe duodecim tribus Israel originem habuerunt. 74-77. Habuit namque ex Lia, quæ lippa dicebatur, Ruben, Symeon, Levi, Judam, Ysachar, Zabulon, et Dinam filiam quæ a Sichimitis legitur oppressa. Ex Bala genuit Dan et Neptalim. Ex Zelfa genuit Gad et Aser. Ex Rachel, quæ pulchra dicebatur, genuit Joseph et Benjamin. Iste Joseph genuit Manassen et Effraim, quorum uterque facit tribum per se, remota tribu Levi a sorte hæreditatis.

*De Serapi deo Ægypti.*

S. August. Circa hos dies Apis<sup>3</sup> rex Argivorum transvectus est navibus De Civit. in Ægyptum. Qui, eum ibi mortuus fuisset, appellatus est Dei, xviii. 5. Serapis, omnium maximus Ægyptiorum deus. Serapis autem, non Apis, ideo appellatur, eo quod sarcophagum Ægyptii soros

<sup>1</sup> *pro*] Written by Par. over an erasure; West. has *a*; W. has *pro edulio lenticulæ fulvæ*.

*retur*; Par. has obliterated *ur*; W. has *malediceretur*.

<sup>2</sup> *malediceret*] A. had *maledice-*

<sup>3</sup> West. inserts *filius Phorceiei*; W. has *filius Phoronei*.

Cambridge University Press

978-1-108-04899-6 - Chronica Majora: Volume 1: The Creation to A.D. 1066

Matthew Paris Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

10

## MATTHÆI PARISIENSIS

appellant, ubi eum sepultum venerari cœperunt, priusquam ei templum conderent. Hujus filius fuit Argus, a quo sunt Argi appellati.

*De Joseph et ejus venditione.*

Joseph autem, cum sexdecim esset annorum, pascebat gregem Pet. Co-cum fratribus suis, adhuc puer, et erat cum filiis Balæ et mest. Gen. Zelfæ, uxorum patris sui. Cumque fratres suos apud patrem 87. accusasset, et somnia plura fratribus narrans somniasset, invidebant ei, atque Ægyptiis vendiderunt. Sed dum moraretur Id. 97, 102. Joseph in Ægypto, anno secundo sterilium annorum descendit etiam eo Jacob in animabus septuaginta duabus, et habitavit ibi, et per ordinem filiis suis ibidem benedicens vitam finivit.

*De Juda et ejus generatione.*

Judas filius Jacob, ex uxore nomine Sue genuit Her, Onam, Id. 89. et Sela. Ex Thamar genuit Phares et Zaram. Istam Thamar cum dedisset Judas duobus filiis suis, Her et Onam, et illi ob ignominiosum scelus perissent, remisit viduam in domum paternam, timens eam tradere Sela, quod fieri debebat secundum legem, causa suscitandi seminis. De qua postea sedente in bivio, mutato habitu, vadens Judas cum Yram opilione ad tondendas oves, Sue uxore sua mortua, Phares et Zaram ad unum concubitum genuit, suspicans esse scortum. Quæ postea ad patibulum ducta, tanquam in adulterio deprehensa, per arrabonem annuli, baculi, et armillæ se liberavit.

*Explicit de Genesi. Incipit de Exodo.**De morte Israel, et nativitate Moyси.*

Mortuo autem Israel in Ægypto, et in terram Chanaan Exod. i. ii. translato et ibidem sepulto, crevit populus Hebræorum mirabiliter annis multis, usque dum incrementis ejus invidenter Ægyptii, et ipsa eorum fœcunditas eis fieret importuna. Tunc cœperunt eos affligere laboribus multis, sed tandem divina miseratio respxit populum. Egressus est namque in diebus illis de domo Levi vir nomine Amram, qui accepta uxore stirpis suæ, nomine Iochabeth, genuit ex ea Aaron, Moysen, et Mariam.

*De exitu populi Israelitici de Ægypto duce Moyse.*

Denique cum creverat Moyses, jubente Domino, eduxit popu-lum de Ægypto, in portentis et prodigiis magnis, et siccis 10. Orosius, i.